

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

1643. Consilia, Charitativi Pontificiorum in Polonia colloquii... secretiora dispalescentia tum ex publicatione invitationis archiepiscopalis... tum ex informatione de negotio reductionis haeretico rum... tradita.

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

ЛІВІВСЬКА НАУКОВА БІБЛІОТЕКА  
ІМ. В. СТЕФАНИКА НАН УКРАЇНИ

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ

Фонд 4 (баб.)  
Опис 1  
Сп. 1643  
Роз.



CHARITATIVI PON  
TIFICIORVM IN PO  
LONIA COLLOQVII  
CONSILIA SECRĒTI  
ORA EXP̄MIE  
DISPALES CETIA

Tum ex publicatione Intitulationis Archi  
episcopalis quæ Vilna facta est:

Tum ex informatione De Negotio Reduc  
tionis Hæreticorum ad Ecclesiā Rom  
anam per Regnum Poloniæ,

De legatis qui colloquij eius intimâ  
di causam Romanam missi sunt, traditâ.  
(&c.)

Publicatio In uitacionis  
Archiepiscopalis ad Tho-  
runiense colloquium  
vilnæ facta

Per Episcopi Vilnensis Prae-  
tationem vti Subiunctim hic habet

ABRAHAMVS  
WOYNA DEI & APO-  
stolicis Sedis Gratia Episcopus  
Vilnensis.

**N**ouenit Vniuersi, presentes literas nostras inspecturi,  
quomodo nos satisfaciendo Decreto, in Synodo Provin-  
ciali, in anno proxime preterito, die 27. Iulias Houemb.  
ab Illustrissimis & Reuerendissimis Episcopis Regni & Palat-  
ini Due. Lithuaniae, atq; adeo ab omnibus Prelatis &  
Canoniciis Ecclesiarum Cathedralium, in & Contra oes in Re-  
ligione Dissidentes emanato, presentes literas nostras per  
Diocesim nostram direximus, & ad quanlibet Ecclesiam Par-  
rochiale & Conventualem affingendo, mandauimus ut eocis  
tuis ad Omnia & Singulorum notitiam perveniant, uidelicet,  
ut oes in Religione Dissidentes, cuiuscunq; Professio-  
nis, siue per se, siue per nuntios suos, in literis & S.  
Scripturâ bene versatos, freti literis Salui conduceas, Thoniuu  
in A.D. 1.644 pro die 10 Octob. conueniente, addicen-  
dum & probandum, quomodo illi animas diversarum Nationum  
& Regnum, pretioso sanguine Christi redemptas falsis  
suis ac peruersis dogmatib; à Vera Sancta Catholica Ro-  
manâ Ecclesia aducant, & ad Barathrum decurrant: ad  
docendum & firmandum in primis si quam se habere pro-  
tendunt uentaten. Cuius quidem Decreti, ut in se exstat,  
is est, qui sequitur tenor.

**MATHIAS LUBENKI &c**

L. S

Ad mandatum sue Illustriſ  
ſimae & Reuerendissimae Celi-  
ſitudinis.

Albertus Fabinski  
Decan & officialis  
General. Viln.  
(L.S)

# Manifestū Euangeli- corum vilnensium ad Publicationem In- uitationis præmissæ Repositum

Ego Theophilus Rybakowski, nomine Celsis-  
simorum Illusterrimorum & Dnr. Euangeli-  
corum in Commune, in libris Publicos hoc Manifestū

infero: Henc die 23 Martij presentis anni 1644.  
ad portas Tempeli Evangelici Vilnensis iuxta copiam Epistole sub nomine Illustissimorum & Dn. Archiepiscopi Gnesensis, Primatis Regni & aliorum omnium Dni Senatorum Spiritualium Regni & M. D. Lithuaniae, ad dissidentes in Religione Christianâ, in negotio concilianda Religionis Dissensionis typis expressâ, appositum fuisse Edictum vel mandatum quoddam, sub Titulo, Illustriss. & Reverendiss. Dr. Abrahani Woyna, Episcopi Vilnensis, cum Sigillo Dni. Alberti Zabirski, Officialis Vilnensis: in quo edicto, cum non solam sit magna dissonantia à predicâ Dn. Spiritualium Epistolâ, sed & aculeata uerba, & imperia horribus in Libertate natis non ferendas: Ideo utentes simul & iure Communis, & libertatibus Nobilitatis, & cauentes ne hinc peiores sequelæ emergant, configurando sub Tute lan. Iuris Publici, & Confaderationem Publicarum, sacro Sanctis Iuramentis Regum, Dominionum Nostrorum & Majorum nostrorum, Sancitarum; Et in primis sub Tute lan Iuramenti feliciter Regrantis S R Maj. declarans, Nosque protestacem Reverendiss: D. Episcopi, tam in Spiritualibz, quam in temporalibz exceptu consueto honore & Reverentia, que ipsi ex Republica instituto tanquam Magno Senatori competit, in nos agnosceret: neq; tempore suo, ibi, ubi huic rei loco est,

coram S. M. Regia, Dno. nostro Clementissimo,  
& Statib⁹ Reipub. hanc offensam Nos Silentio  
præteritum esse neḡ ad talem præiudicium san-  
& Condemnatoriam Prouocationem saluo honore &  
iurib⁹ nostris sistere Nos posse.

**S**i tamen Nobiscum, ut cum libens hominib⁹ ages  
retur, confemeng eā de re cum illis fratrib⁹ nostris in  
Regno & M. D. Lithuaniae.

Quæ Manifestatio (Præstatio) nostra, et ias  
cta publicas District⁹ huius recipiatur, rego, &

**I**nformatio de negotio Re-  
ductionis Hæreticorum ad  
Ecclesiam Romanam, per Rex  
onum Poloniæ &c  
**D**e legatis tradita, qui Romam missi fuerē ad  
Pontificem. &c.

**O**stium nobis apertum. est magnum. & euideris  
& amplissima pars manib⁹ occasio, quā exor-  
bitatissima & totiesq; blasita Religionis, Pax & Virtus  
Huii inclito Poloniae Regno, & in eo Ecclesia Dei,  
Divino aspirante. Nunq; postliminio restituam-  
tur.

**S**accul⁹ est, à quo Hæresis limitaneum primū  
Provinciam

Prouinciarum, Pomoeria protergressa, mox maiori*5*  
impetu per ista Regni uiscera diffusa, Sedem  
adeo obstinatè fixit, ut nullis hactenq, quarquam sae-  
pe tentatis medys dimoueri potuerit.

**Q**uaciebatur interea Regnum, Unitas, Prouincias  
magnis sape motib, non sine immenso discriminare:  
cuius ut iarent obuiam, tum Serenissimi & Potentissi-  
mi Reges, cum maiores & Predecessores nostri Episcopoz  
pi, cum eoc alij viri principue in hoc Regno Authori-  
tatis, nihil omittebant, quo dissidium Religionis  
tot malorum somitem, dextrè componerent, et exultante  
ab Ecclesys Domibusq, Pacem, Consilio maris reuo-  
carent. Sed iuray ille Pacis & Concordie hostis  
Satan, nouos semper obices prætendebat: et exquisitis  
Malchinacionibz arcebat Consilia Pacis, nouisq, sensu  
fomentis Ciuite Religionis Bellum alebat.

**I**nterim incisorer genebant Py, & à Deo Pacis &  
Unitatis illam die nocte, Pacem postulabant, ex qua  
dependere intelligebant Regni Patriae felicitate:  
infinitarum animalium Salute, rigens Catholica Religionis  
incrementum.

**N**eque passa diuina Bonitas cadere in casum tot  
uota, & sincerissima desideria Principium, Anti-  
stitum, Procerum & Populoni, Manifestaz. ex cui:  
dentiibz argumentis asequimur, Deum optimum illu-  
minare iam velle Saculum nostrum, in illuminatio-  
ne, ruitq, sui supernos, certamq, spem coripi, q,  
fieri tandem posse, ut in hoc Regno redintegretur  
Religio hactenq diuisa, redeantq, tot populi à  
varietate

varietate Opinionum ad eandem Doctrinam normam;  
ad dissensionibus ad unius fidei Consensum; ad tot cœlitib⁹  
ad eandem Ecclesiæ Unitatem.

Argumenta quib⁹ in eam Spem eriguntur præ-  
cipua sunt.

**N**oua, & alias nunquam obseruata Propensio  
Aduersariorum ad Pacem consensum cum Eccle-  
siâ Romana quæ sane est mutatio **Dexteræ Excelsi**: du  
qui inter illos Prudentissimi sunt, non eam amant, sed in  
probant, ino nauseare factam à suis Majoribus Recessio-  
nen, & vel inter se quadrunc, vel à Nobis expectant,  
Remedium.

**I**tq⁹ Nos non tantum taciti admirari voluimus Opus Dñi,  
sed ambabus (ut aucto) mariis occasione prensamus  
& Diuina gratia ductum sequentes in ministeriis  
diuinissime operis prompte & libenter ing.

**A**ltissima Pax, quæ in hoc Regno, immenso Dñe  
rescens, à tot annis fruimur. In haec plaudissimā  
& temporalis felicitatis malitia tranquillis animis er-  
ant, qui olim tumultuabant, contemplari & obser-  
uare potuerunt, fæditatē, honorem, pericula procelland  
Ecclesiasticam, ex dissidio Religionis natam.

**N**e q⁹ dubium nobis ē, eo collimare Paternam **DEI**  
Prouidentiam, ut ex eo iusti Pacis Politica diuine:  
m de ineffabili dulcedine Pacis Ecclesiastice altera  
ex altera quadrang & firmemq⁹.

Kure

**N**unc, prout nunquam alias facilis et expeditus me-  
diorum usus; nunc impulsus vehemens et efficax, a marie  
festâ, robisq; notissimâ Regnorum & Provinciarum ruc-  
nâ, quam à dissidio Religionis prouectam, Catholi-  
ci & Acatholici sciuit, & profitentur. Itaq; detestant,  
malum, tot malorum fontem, & querunt modum, quo  
aboleatur.

**Z**elus & Pietas Serenissimi & Potentissimi Re-  
gis Wladislai IV. Dni. Nostri Clementissimi,  
qui post tranquillatum undiquaq; statum Regni ter-  
reni, nihil magis habet cordi, quam ut perfectissime  
tranquillet Regnum Christi: Ut dicimus olim: De-  
siderium Cordis eius tribuisti, & voluntate labiorum  
eius non fraudasti eum, proueniisti in benedictione  
Dulcedinis.

**N**ihil quod in causa desiderare potuimus, deest  
hunc gloriosissimo Principi: Summa Authoritas; re-  
rum hacten gestarum immensa. Gloria: Sapientia in-  
comparabilis & Perspicacissima Prudentia: locu-  
s Notitia nostrorum, exterum. Gentium & Popu-  
lorum, pietas rerum, dexteritas in tractacio mulcer-  
disq; alimis mira. Felicitas rara, &, quod in re-  
noscere magis momenti, nostri amor, etiam inter eos,  
qui alieni sunt ab Ecclesia, cum singulari quadam  
obseruantia & reverenti meta. Accedit ardenteria;  
ad hoc diuinissimum opus suscipiendum promouendis  
voluntas & Zelus singularis: cui si non uirginis;  
& in Societatem laboris conspirans, rei constituimus  
coram Deo & Orbe Vniuerso.

Contraria.

**C**onfratrum nostrorum & Illustriss. ac Rev. in hoc  
Regno Episcoporum Consensio, diuinitus inspirata,  
Pastoralis eximia Sollicitudo pro tot milibus emulsiis  
oculandis, sincerarum cura: ut itenam tandem in hoc Regno  
Ecclesia coalescat, fiatque unum Oule, & unus Pastor.

**N**uperiora conuersio quoniam ex illa Factione exiit  
autem Personam, quando in hoc negotio rigens, & per quam  
commodius usq; erit: tum propter singulariter eandem delecti-  
tatem, tum propter opinionem doctrinalis & virtutes,  
inter suos solitos, tum propter priuatas ad multis, qui  
ad huc errant, Coniunctiones. Accessit in rem nostram, quod  
inter dissidentes pauca rati sunt, qui enorem & haeresi-  
tutri propagandas uelint, aut possonit potentiam singulare.

**E**x his igitur Argumentis & motiuis in spem veni-  
mus, fieri posse, ut in hoc Regno tandem extir-  
quang Haereses, omnesq; manimiciter conspirent, in ear-  
dem fidei confessionem, Deip cultum.

**E**xinde animum adiecimus, ad serias consultatio-  
nes, quibus modis & modo restara tentanda &  
promouenda. Videlicet.

**V**e autem in re, tam arduam tantum momenti, Ordine pro-  
cederemus, ab ipso initium sumendum duximus, quod ha-  
ctenus cum salutaribus Consilios visa sunt obicien-  
nere, atq; sie progressus optatissimum operi subscribere.

**C**ertum est exploratio habens, perseverantis hanc ergo dis-  
cidiu, praecipuum causam fuisse & esse Traductio-

nem Religionis Catholick inter Dissidentes, & disso-  
nun planèq; sinistrum Doctrinæ fideiq; Ecclesiæ intellectus  
& recipiēbam intelligentiam, cum varijs hinc inde rati-  
onatis Criminacionib; ex quib; profecta cōtra impla-  
cabilia, aut abhorrentia & ad minimum diffidentia &  
Alienationes animorum, quib; semper velut atrā caligi-  
ne offundendo ratione magis magisq; obscurabat.  
Fulgor Catholicæ Veritatis.

**H**oc igit; primum & predeinceps erat Deliberatio-  
nis nostræ Argumentū, ut adiuvenirem modum,  
quo arte omnia malum hoc sospitare aperitus ex-  
tinguerem.

Concionib; libris Disputationibus, Privatis Allocu-  
tionibus, primum hue usq; effectū e. Quædam no-  
ex his argusti habent fructum; quædam etiam in  
commodum.

Vniuersale & Inrefragabile, quidrebam Remedium  
quo omnes generationi in eandem sanar de Rebus  
Catholicis Persuasionem, quodammodo coherentur.

**N**am nisi toti illi factioni constare incipiatur,  
de integritate & sinceritate nostra Doctrina, in con-  
cilio Tridentino comprehensa, & nisi occurant signe,  
tis Caillio, Calunnyis, Criminacionib; in posteri-  
ris nulla è spes. Vniuersalio, quam sollicite que-  
rimus, Reconciliationis.

**E**cce contra di manifestan & ab omni caligine de-  
purata

— depuratae Catholicarum Veritatem aspergerint, certe futu  
rum confidimus, ut illa felicissimam lucem perstringatur,  
excusorum, falsitatis ludibrio, sincerae limpidae Christi Apo-  
stolorum & SS. Patrum doctrina se se dedaret.

**I**n hunc igitur finem communis consensu constitutis &  
decreuis, ut pose decursu pauculanu' hebdomadario,  
instituatis in hoc Regno utratur partiu' publica & So-  
lemnis Convocatio, hinc Catholicorum, hinc Hereticorum  
delectis ad hoc negotium aptissimis est toto Regno The-  
ologis.

**N**omen illi Congressui dedit amicar. & Fraternar.  
Collocationer. Hoc n. Fraterno nomine colere co-  
gnoscunt eos, qui quanvis a Matre Ecclesiae se se ali-  
bius tot vinculis fraternitatis colligati sunt, suie propter  
sanguinis, suie propter Societatem fidei. Di-  
gnitatum, Officiorum, Consilioru' libertatis sub uno  
Rege, sub una lege.

Collationer autem meram diximus, ut etiam ipso nomine  
speciem Synodalis Authoritatis amoliretur. **Nihil**  
n. ibi decem autem constitui nihil innouari volumus.

**M**era debet esse Co-intelligentia Partium, ulteriori deinceps,  
cum Nostro, cum alteroru' Episcoporum Examini & Censu  
subiecta.

**I**taque hacten tanta illi congregati agent,  
Vtique certa & certis statuerint, deinceps, ut immutabiliter procer-  
tis retineantur firmabunt.

**A**ntiqua liquidabant, senotis calunnias & Criminaciones,  
quibus haec ergo ferre solis plebs delusa est et sedueta,  
facientur.

8


facientq; ut ipsi Aduersarij recognoscant, & publico testimonio profiteantur quid vere doceant Catholici, quid fingant docuisse.

3 Veras Controversias (que paucissimæ erant) Scripturænum & primæde Ecclesiæ testimonijs probabant seclusam tamen omni rixosâ & contentiosâ Disputatione: in eum tantum finem, ut fundamenta nostra pondererentur, & cum fundamentis Aduersariorum comparebantur; constetq; tum illis, tum Orbis Christiano Vniuerso, nec illorum Olorum Maiores habuisse causam, propter quam tantam ab Ecclesia DEI fecerit secessione, nec ipsos coram Deo excusatos esse, si eandem foueant.

Si Aduersarij, agnita veritate, amplius aliquid sibi concedi aut indulgen postulauerint, deliberabit alijs, an admittenda sit postulatio totumq; refertur ad Sedem Apostolicam &c. &c. &c.

# FINIS.





Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1  
62-002 Suchy Las

[www.digital-center.pl](http://www.digital-center.pl)  
[biuro@digital-center.pl](mailto:biuro@digital-center.pl)  
tel./fax (0-61) 665 82 72  
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance  
and broadcasting of the whole or fragments prohibited.